esse videantur: animas tamen suas ad celestia eleuant: et  
illi puro et summo bono atq; immortali et perpetuo adhe-  
rente: temporalia et corruptibilita deserunt et mundo supe-  
riores facti: in sinu diuine contemplationis quiescant. Ibi  
in illo et celesti templo co:dis oculis deum conspicunt: im-  
mo et eiusdem templi structura ipsi quoq; lapides sunt per <sup>Vita activa et</sup> quindecim vero illius templi gradus: spiritualis sanctorū <sup>cōtempatiua</sup> signatur ascensus. Numerus enim iste in septem et octo di p numerū. xv.  
videtur: et ideo per eum gemina iustorum vita signatur: s= designatur,  
ctiuā videlicet et cōtempatiua. Actiuā namq; in mundo ver-  
satur: contemplatiua vero ad celestia erigitur. Quia vero  
septenario numero temporalis octenario vero perpetua  
vita signatur: recte per eosdem numeros et cōtempatiua  
vita exprimitur. Hinc namq; predicti templi auctor salo-  
mon dominum exorans ait. Da mihi domine partes septē  
neon et octo. Optabat enim regie dignitatis potentia p  
ditus: ita sibi subditos populos regere: ut tamen contem-  
plationis diuine nō fraudaret perfectio. Ipsi namq; offi-  
ciū sui administratoria necessitate constrictus cogebatur tē-  
porali actioni insistere: sed suauius eum contemplationis  
diuine dulcedo resiciebat in mente. Potest etiam intelli-  
gi q; ille quindecim gradus ad illud diuine illuminatio-  
nis templum ascendit: qui semperne virtutis dei amore  
correptis: temporalibus que per septenarium numerum  
designatur gradatim contemptis. Per scalas octo beatitu-  
dinem ab sublimis puechitur: donec deo. in syon mē-  
ris oculis videatur. Sed videamus nūc (sicut ait apostol<sup>9</sup>)  
per speculum in enigmate. Impossibile est enim vt quis lu-  
te huius corporis ergasculo inclusus aut mortalis carnis  
circumscriptus voluntario ascendentem super cherubim et su-  
per pennas ventorum volantem deum conspiciet: vel quā  
ta sit eius potentia diuinitatis agnoscat. Unde per Joha-  
nem dicitur Deum nemo vidit vñq;. Et mōs deum videre 1. Joh. iiiij.  
querenti responsum est a domino. Nō videbit me homo et Ruth. iii. 2.  
vñset. Quod si tanta claritas est solis vt oculis in eū corpo

Eccles. xi. 2.

i. Cor. viii.

# Explanatio dñi gregorij

ralibus non valeamus intendere: quanta est illius claritas qui fecit solem ut eum possimus in hac qua sumus corruptione videre? Ipsum vero per speculum et in enigmate intueri quod humili aduentu sponsi accepit ecclesia: illius eterne visionis signum est: et future perfectionis imago: in qua non iam per fidem sed speciem ambulabimus: et reuelata facie ipsam divine maiestatis gloriam irreuerberatis oculis conspiciemus. Quia ergo hi quindecim psalmi quidam spiritualis ascensus continent formam: recte sub eodem titulo omnes pronotati sunt: ut sicut ad illud materiale templum per gradus ascendebatur lapideos: ita celeste illud templum hec nobis cantica preferunt: per que in deo exultans anima quasi per quosdam gradus ascendat. Ascensi ergo non corpore sed spiritu: non passibus sed affectibus hunc psalmum decantemus et in eo studeamus deo meditatione appropinquare dicentes cum propheta.

## Explanatio sexti psal. pñial. **D**e pfudi clamavi ad te domine: dñe exaudi vocem meam.

Attendat vniuersitas in quo profundo iaceat: et quod longe a deo peruerso agens effectus sit. Claret ad eum totis viribus qui intuetur abyssos et sedet super cherubim: donec profundis tenebris erutus supermo illustratur lumine: et claritate perficiatur cognitionis diuina. Clamauit ionas ad deum de ventre certi: de altitudine maris: de profundo inobedientie: et ad aures dei oratio illius peruenit qui eum eruit a fluctibus: eripuit a bestia: absoluuit a culpa. Claret et peccator quem a deo recedentem cupiditatum tempestas contrivit: quem malignus hostis absorbiuit: quem presentis seculi fluctus inuoluit: agnoscat se esse in profundo: ut ad deum sua perueniat oratio. Quia vero psalmus iste ad ascendentis pertinet: videamus qualiter ad deum iux-

Jonas ad  
deum clamas-  
vit et exaudi-  
tus fuit.

# In. viij. psal. pñtales. Fo. lvi

stus de profundo clamet. Quomodo enim non profundus  
est qui ascensiones suas in corde suo dispositas: qui inten-  
tionem cordis ad deum dirigit: qui laboris studium ad ce-  
los attollit? Sed sciendū q̄ sancti viri eo se magis infirmos  
et abiectos sentiunt: quo per mentis desiderium erecti vi-  
cinius ad deum accedit. Tunc enim primum misericordiam  
suam incipiunt perfecte cognoscere: cum dei presentia ce-  
perint in corde sentire. Hinc est q̄ abraam qui colloctio-  
nis diuine gratiaz meruit: puluerem se esse et cinerem me-  
morat dicens. Locutus ad dominum cum sim pulvis et c̄t-  
his. Hinc iacob postq̄ dominus vidi nemo semoris einar-  
cescere uno pede claudicauit. Quia pfecto debilis se esse  
et infirmos reputant: qui se ad videndum deum per studi-  
um sancte contemplationis leuant. Qui dum speni suam  
in carne ponere desinunt: quasi vniuersi curris vires amit-  
tunt. Eocq̄ assuefecunt celesti duntaxat desiderio initu quo  
senserint se a spe rerum temporalium debilitari. Et quasi  
neruum non habent in femore: dum non confidunt in car-  
nali generatione. Omnia que sub celo sunt vanitate esti-  
mant: et cum presentis vite misericordis plenos se esse et obli-  
cos circumquaque conspiciunt: quasi de profundis ad deum  
clamaunt. Magna profunditas vita mortalis: in qua nihil  
est certum: nihil vitale: nihil tutum: nihil tranquillum. Ma-  
gna iniqua profunditas in qua pectora obruit impius imergitur  
lustus turbatur. Ideo namq̄ clamat et dicit. ( De profun-  
dis clamaui ad te domine). In quo notandum: quia non  
ait clamo: sed clamaui. Habes in hoc perseveratiae documē-  
tum: ut si primo non exaudiris: ab oratione non deficias. Ofo d̄ esse p  
immo precibus et clamori insistas. Vult dens rogari: vult severans.  
Logi: vult quadam importunitate vinciri. Ideo tibi dicit. Re  
sum dei vim patitur: et violenti rapuum illud. Esto er-  
go sedulus in oratione: esto in precibus importunus: ca-  
ue ne ab oratione deficias. Si dissimulat audire quem ro-  
gas: esto raptor ut regnum celorum accipias: esto violen-  
tus ut vim etiam ipsis inferas celia. Quid hac rapina loz-  
cupletius: quid hac gloriosius violentia? Bona violentia  
qua deus non offenditur sed placatur: proximus non ledi-  
tur: sed iuuatur: peccatum minuitur: non multiplicatur,

Gen. i.  
Gen. xx.

Spem in car-  
ne ponere nō  
debemus.

Ofo d̄ esse p  
Math. xi.

Violentia est  
celis inferenda

v.i.

# Explanatio diui Gregorij

Bona inquam violentia qua non queritur lucrum cito peritum: sed regnum acquiritur sine fine mansurum. Discant qui res alienas diuino postposito timore diripiunt et rapinis pauperum magis peccata cumulare de lucra ausevere non cessant aliquid rapere quo et veras sibi vendicent diuitias: et gloriari laudis perpetue acquirant: ne in hoc quoque stulticie arguantur: si cum possint preciosa et eterna diripere: vilia quoque et transitoria videant auferre. Inferant et ipsi celis violentiam: et regnum celorum quadam orationis vi rapiant. Sint in precibus importuni: ut ex longo clamoris usu dicere possint (De profundis clama ui ad te domine: domine eraudi vocem meam.) Nominis Venerandi repetitio precandi adauget effectum. Monetur enim desiderium si nomen quod diligitur replicatur: videatur hic qui loquitur quandam erauditionis causam pretendere: cum se insinuat clamasse: ut quasi iure debeat eraudiri: qui diuidum institit clamori. Hanc et apostoli causam domino dedisse leguntur: cum chanaea rogante dixerunt. Dismette ea quia clamat post nos. Ideo namque domino eraudiri meruit: quia prima domini responsione repulsa clamare nequaquam cessauit. Sride quippe et dilectione accensa a clamore: et non ante destitutus: de optatam filie salutem acquisiuit.

## Fiant aures tue intendentes: in vocē depreciationis mee.

Ascendens iste manus aliquid rogare aggreditur: et in ipsa etiam sua oratione ascendit: cum hoc adeo expostulat ut quasi quodam modo aures inclinans orationi sue deus intendat: ne forte sit mora in erauditione: si longe sint aures ab oratione. Videtur enim quendam diuine miserationis: precipuum precari affectum: cum rogat eum quodammodo ad audiendum affectari: ut cum vocē velit audire supplicantis: opus non differat exercere miserentis: humane in hoc sequens locutionis modum: quass huiusmodi deus affectione indigeat: quem non effugiat cogitationis latet voluntas: dum ei nec intentio silent: nec desiderium facit. Nam dum potens quilibet supplicantem alia-

# In. vii. psal. pñiales Fo. Ibis.

quem audire negligit: quasi primo aditu repulsa exaudiiri qui supplicat diffidit. Si vero qui rogatur primo libenter audire ceperit: et alijs postpositis negotijs verbis soluimodo roganter intendere: continuo ille qui rogaturus aduenit quandam concipit impetrandi fiduciam: et ipsa quodammodo spe animatus: suam liberius proloquitur causam. Magnum quippe bone voluntatis sue dominus illi dedit iudicium: cum loquenti se prebuit incunctanter intentum. Sic et nos cum dari nobis veniam a deo querimus: et celestis gratie vitalia dono conferri: si nobis deum presentem aliquibus suavitatis et dulcedinis sue senserimus iudicij: ad ipsius desiderium studiosius aspiramur super his quod cupimus adipiscendis aliquatenus certiores effecti: cum ille quem alia nostra desiderat: desiderantibus nobis per misericordiam appropinquare. Ascendens igitur iste quis ad illius incorruptibilis celistitudinem mentem levare proposuit: aures dei deprecationi sue intentas depositit: ut quia oratio sua ad deum perfecte studium intentionis dirigitur circa eum quem rogat velociter exaudiatur. Ascendenti autem et projecto viro: a domino per prophetam dicitur. Adhuc loquente te dicam: ecce assum. Inter orationem et deprecationem hoc interest: quia oratio pro virtute perseverante: deprecatione vero sit pro peccatorum impenitentia. Ideo qui ad celistitudinis arcem ascendere contendit. Dicit. Fiant aures tue intendentess: in vocem deprecationis mee). De precatur enim deum ut peccatorum suorum obliuiscatur ut pater esse velit non index. Ideoq; subiunxit dicens.

Oro et depre  
catio differunt

## Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe quis substinebit.

Cum repetit ut affectu excitet iniqtatem de obseruaret: si pctōib; venia negaret. Si solū mō ostēderet seueritatem: non adhiberet pietatem. Quod si faceret nemo eterne gloriam felicitatis expectaret: nemo ad patientium usque examis veniam sufficeret. Oēs ei peccauerit (ut ait aplb;). Et egēt gfa dei. Uerq; q; pñiteb; ex corde ignoscit: i pectori h.ij.

# Explanatio dñi gregorij

conuerso omnium iniquitatum eius obliuiscitur. Quis iam de misericordia dubitet. Quis iam de venia desperet: hec ei ei per prophetam dñs pollicetur dicens. Ego sū ego sū q̄ de leo ut nebula iniquitates tuas: vt iustificeris. Attende quæliter peccati confessio peccata oblitteret: que iustificatū iniquū: tollit a deo memorias peccatorum. Confiteanur vt de le: iur nostra pccātū: nec post confessionē ad ea reuertatur: sed iuxta aplim in anteriora nos extendentes: q̄ retro sunt obliuiscamur: nos gestamus reuerti in egyptum: aut sede re super ollas carnū: nec sumus concupiscentes malorū: nec idola mentis veneremur: nec deū tentemus: nec in deferto mundi huius murmurēmus. Confiteamur de preteritis peccatis nos accusantes: confiteamur de peccatorum indulgentia deum laudantes. Est nāq̄ confessio peccati: et confessio laudis. Si enim confessio laudis non esset: saluator noster nequaq̄ dixisset. Confiteor tibi pater celi et terre Nam quomodo peccatum confiteretur: q̄ peccatū nō fecit? precedat itaq̄ confessio. vt laudatio sequatur: sicut scriptum est. Rectos decet laudatio: habemus enim pontificem qui possit cōpaci infirmitatibus nr̄is: de quo r̄ aperte sequitur.

## ¶ apud te ppiciatio ē: & pp̄ legem tuā sustinui se dñe.

¶ Quis est ppiciatio nisi xp̄s iesus q̄ se obtulit sacrificium deo ut nos redimeret ab omni iniqtate mundaret sibi populū acceptabilem sectatōrē bonoru operi deniq̄ paul⁹ ait Iēc est ppiciatio pro peccatis nostris. Qui est ap̄d deū: q̄ sedet ad dexteram dei. sicut dicit propheta. Dixit domin⁹ domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Ap̄plus quoq̄ prohibet: q̄ ad dexteram patris sedens pro nobis interpellet. (Et propter legē tuā sustinuit te dñe) Lex dei misericordia est: qua peccatibus veniam: contulit reuertentibus eterne vite adiū patefecit. Hanc legem pro crucifixoribus suis patrem exortans christus impleuit: hanc nobis tenendam verū magister indixit Ait enim. Diligite inimicos vestros: bene facite hi s̄ omni vos oderunt: et orate pro persecutib⁹ et caſſimantib⁹ vobis: vt sitis filii patris vestri qui in celis est

¶ Isaie. xlivij.

Confessio est  
et peccati et  
laudis.

heb. ix. d.

i. Joh. ii.  
ps. cxv.

Lu. vi.

# In. bīj. psal. pñia. fo. lviij.

In quo pfecto ostendit: quia filii dei aliter esse non possunt: filii dei esse  
mus: nisi me legem seruantes inimicos diligamus. Hanc non possunt q  
etiam nobis paulus tenendā insinuat: cum ait. Fratres. et inimicos nos  
si preoccupatus fuerit homo: in aliquo delicto: vos qui spi diligunt  
rituales estis huiusmodi instruite in spiritu: lenitatis con: Sal. vi. a.  
sideras te ipsum: ne et tu tenteris. Alter alteri<sup>9</sup> onera por  
tate: et sic adimplebitis legem christi. Quis autem portat  
alterius onera: nisi qui charitatem habet? Qui enim versa  
citer diligit: Iesus non ledit: contumelij vicem non reddit  
detrahentibus sibi non detrahit: qui eum oderunt: non odit  
Scriptum: namq est. Charitas patiens est benigna est.  
Patiens quidem ut aliena mala toleret: benigna vero ut  
ipso etiam quos portat amet. Qui ergo illata mala equa  
nimit tolerat: quasi infirmi fratris onera portat. Hec est  
lex misericordie per quam perpetuam euadere damnationem  
coquimus: per quam etiam salvatorem dominum nostrum Iesum  
Xpm expectamus. Qui et si (ut supra dictū est) iniquitates  
obseruaret: nemo sustinere sufficeret. Sustinem<sup>9</sup> autem eum  
pter legē suā: q peccatis in nos idcirco dimittim<sup>9</sup>: ut  
peccatorū nostrorū ab eo veniam recipiamus. Hinc namq se  
met ipsam iheritas ait. Dimittite et dimittetur vobis.

l. Cor. xliij.  
Charitas est  
paciens et be  
nigna

Luce. ix. f.

# Sustinuit anima mea in verbo ei<sup>9</sup> sperauit anima mea in dño.

Quide perfecte charitatis ordinem. Ascendens iste et in  
amore divino proficiens qui fide et dilectione introitus ar  
cendit desiderio ad eterna erigitur. Spe ad summa leua  
tur: proxinorum non negligit: curam: non proponit salu  
tem: ad eos inter ipsa diuine gaudia contemplationis co  
uertitur: ut et gradibus eisdem ad deum accedant hora  
tur: eis nimis exemplum se proponens: ut si infirmitas  
te aliqua impediat a desiderio proficiens: iam et pue  
nientis pmoneantur exemplo. Ideoq ait. Sustinuit ani  
ma mea in verbo. Nolite diffidere nolire dubitare: ponite  
corda vestra in virtute eius: quia sustinuit anima mea in  
verbo ei<sup>9</sup>. Qui manet in verbo: non fraudatur a regno. Ali  
ter namq fructum facere non possumus: nisi in eo manea  
h. iij.

# Explanatio divi Gregorii.

mus. Ideoq; ait. Vanete in me et ego in vobis. Ubi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus: palacia corruerunt: destruentur ciuitates: ab umbris sedibus turrem euellentur. Postremo celum et terra transibunt. verbum autem domini non manet in eternum: maneamus ergo in eo qui manet in eternum. Non sequamur vanitatem deserentes veritatem: nec contristemur sicut ceteri qui spem non habent. Sed sustinemus eum. Et si moram fecerit expectemus ne contingat nobis quod per prophetam dicitur. Ue his qui perdididerunt sustinentiam vnde et subditur. Sperauit anima mea in domino) Quicquid mundane adversitatis fracto molestius: dyabolice tentationis infestatione detectus: a spe celestium promissionum deciderit: sustinentiam quam prius haberat mercede amittit. Qui vero sustinebit: magnam reportabit remunerationem. Fidelis enim dominus in omnibus vijs suis. Promisit in hac vita penitentibus veniam. Manifestum est ergo quia sicut conscientibus remissionem tribuit peccatorum: ita a spe non decientibus dabit regnum celorum. Ideo qui in verbo eius sustinuit: in domino sperare se dicit. Sicut enim maledictus homo q; confidit in homine: ita et beatus cuius est nomen dñis spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.

## A custodia matutina usq; ad noctem: speret israel in dño.

Si ad litteram hoc accipiamus: dehortari nos potius q; monere videtur. Quis enim tam pusilanimis una tantum die speret in domino? Ubi iam erit illa pauli sententia qua ait. Si autem quod non videmus speramus: per patientiam expectamus: q; parua vnius diei patientia: et q; brevis expectatio. Sed vt hunc locum melius intelligamus ad vicelimi primi psalmi titulum curramus. Intitulatur enim pro assumptione matutina. Que est assumptio matutina: nisi resur rectio deo mane facta? Ibi: nempe et custodia facta fuit ad hoc usq; prorumpente iudaica cecitate perfidie: vt quem viderant mortuum crediderant non resurrectum. Et ne eum discipuli nocte rape-

Rom. viii.

# In. vii. psal. pñiales. fo. lxx.

rent non resurrectum. Et ne eum discipuli nocte raperent: custodibus sepulchrum munierunt. Huius translatio habet a vigilia matutina: per quod aptius ipsa domini resurrectione exprimitur. Qui enim dormiuit morte: vigilauit in resurrectione. Ideoq; dicit. Ego dormiui et soporatus sum ps. iij.  
Et resurrexi. Et iterum. Vigilauit et factus sum sicut passer ps. cij.  
solitarius in te cto. Hec itaq; resurrectio spei nostre fundamentum est: quia illuc nos peruenturos sp eramus: quo caput nostrum precessisse cognoscimus. Multos enim ante hanc resurrectionem legimus resuscitatos: et tamen dicit apostolus: quia primogenitum mortuorum eius nominat. Quotquod enim ante eum resurrexerunt: iterum mortui sunt: christus vero resurgens a mortuis: iam non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostre fundamentum est: quia in illa vita resurrectos nos credimus: in qua nos cum eo victuros sine fine speramus. Nec debet iam homo de resurrectionis veritate ambigere: cum sciat verum hominem christum a mortuis resurrexisse. Ad hoc enim mortuus est ut viveremus: accepit a nobis ut offerret pro nobis. Moriendo itaq; mortem destruxit: resurgentem vite aditum nobis patefecit. Hinc est q; eidem ecclesia dicit. Notas mihi fecisti vias vite. An te aduentum quippe eius vite via omnibus ignota fuerat: tendentibus cunctis ad mortem: et ad inferos descendebus etiam electis: donec ille veniret qui et impios ad iustificationem: et mortuos vocaret ad vitam: veram fidem astruens mortis et resurrectionis sue indicib;: et doctrine noue nos formans institutis: per que nimirum et mortem possemus evadere: et in nouitate vite per adiunctam spissitudinem gratiam ambulare. Possumus quoq; per custodiā matutinam ipsa fidei nostra rudimenta accipere: ut a tempore accepti baptismatis: post illustrationem gracie salutaris: intentionem suam uniusquisq; ad deum dirigat: et spem suam in eo singulariter ponat. Quasi enī matutinam lucem recipit anima: cum tenebris infidelitatis expulsis: et vitorum detersa calligine: et emundatis peccatoꝝ maculis p lauacru regenerationis paulatim incipit deb  
ps. xv.  
H. iiiij.

Xpns est pñl  
mitie do. mīē  
timin.  
Ro. vi. b.

Custodia ma  
tutina p quo  
accipitur.

# Explanatio diui Gregorii.

agnoscere: et in lumine iocundari cognitionis divine. Est ei  
lumen cognitio dei: de qua scriptum est illuminate vobis  
lumen cognitionis. Magnum lumen quod tenebras cordis  
eucuat: mentis oculos purgat: animos erigit: cords  
accendit edocet semitas iusticie: desiderium virtutis adau-  
get. Magnum lumen per quod vitamus offendicula: pre-  
cipita precauemus: euadimus pericula: pertransimus la-  
queos: non timemus prospera: sustinemus aduersa: respu-  
mus errorem: sequimur iustite. Qui si non desideret hoc illu-  
minari lumine? Quis non hoc fulgore illustrari exoptet? hic  
est quod propheta nos admonet dicens. Accedite ad eum  
et illuminamini. Qui accedit per fidem illuminatur per co-  
gnitionem. Statim autem post illuminationem gratie spem  
sequi oportet. hoc enim monet quis dicit. (A custodia matu-  
tina usq; ad noctem: speret israel in domino.) Que est hec  
custodia: numquid aurum vel argenti: num monilius vel lap-  
idum preciosorum: num in vestium vel pecuniarum? Nonne  
hec sunt que mergunt hominem in inferitum? Sed est his  
multo preciosius: quod illuminatum custodiri oporteat. Di-  
cit enim propheta. Iudicia domini vera iustificata in semet  
ipsa. Desiderabilia super aurum et lapidein preciosum mul-  
tum. Demus de sapientia dictum est. Quia est preciosior cu-  
ctis opibus: et omnia que desiderantur huic non valent co-  
parari. he sunt ergo dimitie quas custodire debet q; de no-  
tre ad matutinum peruenit: multo preciosiores terrenis et  
temporalibus veriores: quas nec ignis exurere: nec tinea  
comedere: nec predo potest auferre: hec etiam mihi vide-  
tur prophetam sensisse cum in precedentibus quereret. In  
quo corrigit adolescentior viam suam? Ne si hoc sine discus-  
sione assereret videretur quod adjunctum magis ex preci-  
pitatione prolatum. q; ex iudicio diffinitum. Et ut consiliu-  
m salubriss crederetur: quo propensiiori meditatione exa-  
minatum videretur. Secutus namq; adiunxit. In custodie  
sermones tuos. Conuersus autem ad deum ad interroga-  
tora respondet: vt diuine pietatis remedium crederetur  
quod esset inuentum: non presumptione humana: sed inspi-  
ratione diuina. Hinc hieremias ait. Bonum est viro cum

ps. xxxiiij.

ps. xvij

prover. iii. b.

ps. cxvij.

Treno. liij.

# In. viij. psal. pñiales. Fo. ix.

portauerit ingum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit. Jugum est verbum dei mentis nostre collo imponit: ne alta ceruice aut nutibus procedamus oculorum re debemus nec de accepta qualibet gratia infiemur: nec extollemus ab adolescentia in altum cornu nostrum: nec aduersus deum iniquitatem loquamur. Sed in omnibus sicut dei ministros nosmipos exhibentes animas nostras humiliemus: et iuxta apostolum. Imitatores dei sicut filii charissimi existamus: portandum autem hoc ingum ab adolescentia ut iumentutis annos congrua discipline correctione vniquisque preueniat:

ne si post decurse iumentutis annos ingum tulerit: suorum stimuletur remembrance peccatorum: et erroris usui et peccandi consuetudine exagitetur: et nouis semper insurgentibus prelatis: eos in seipso sentiat impugnationum tumultu: per quod quotidie aut victor existat: aut vicitus. Nam si ab ipsis adolescenti primordiis ceruicem verbi ingo subdiderit: omnibus in seipso rite compositis in pace sedebit. Sedebit quidem anime carnem subiiciens: et de tribunali rationis quasi de iudicaria sede omnibus internis motibus velut quibusdam ciuibus edicta proponens. Sedebit inquit nullum metuens hostem: nullam sentiens impugnationem Stare namque pugnantis est: sedere vero feriti. Sedebit quoque solitarius: id est ab omni carnalium desideriorum tumultu remotus. De hac solitudine David dicit. Elongatus fugiens et mansi in solitudine. Neque enim rex potentissimus qui tot milibus populorum preerat: in solitudine habitabat. Habitabat autem in solitudine cordis sui: in qua nullos hostium spiritualium impetus: nullos peruersarum cogitationum strepitus: nullos pateretur clamoris inquietus. Qui vero solitarius sedet: tacet: intelligens melius esse silere: quod loqui incante. Hinc etenim scriptum est. Homo sapiens racebit et sibi ad tempus. prius namque operatur discere quod docere. Ideo dictum est. Audi Israei. Neque enim prius dixit loquere: sed audi. Sed prophete dictum est a domino. Fili hominis sta super pedes tuos: et audi quecumque loquor ad te. Qui audit: tacet. Tacet ergo qui in lege dei meditatur die ac nocte: et audit quid loquatur in

Ephe. v. a

ps. lxxij.

David cui rex esset qualiter in solitudine manere posseuit.

Eze. ii. a.

# Explanatio diuit Gregorij.

eo dominus deus: qui loquitur pacem in eos qui conuertuntur ad cor. Restat ergo ut dicamus quid sit sperandum ad noctem sperandum in domino dicit. Quis dubitat noctem finem esse diei: sic et vnicuius homini finis istius vite mors sua est. Post quoque per noctem intelligi illa extremi iudicij dies: quem propheta diem nominat tenebrarum et caliginis: in qua ad celeste regnum vocantur electi: ubi iam spes eorum terminabitur: receptis omnibus que in hac vita sperauerunt: et ad laudem dei conuentibus sanctis. Sicut audiimus: sic vidi mus: in civitate domini virtutum. Quod enim videt: quia quid sperat: Speramus ergo in hac vita: ut quod hic inspe concipimus: ibi in re habeamus.

Ps. xlviij.

## Quia apud dominum mia: et copiosa apud eum redēptio.

Comendat nobis dei charitatem: ut nos ad sperandum hortetur. Ex hoc enim usque ad noctem speramus: quia eius misericordem credimus: longanimum scimus unde non incongrue per quendam sapientem dictum est. Tribularer: si non scirem misericordias tuas domine. Tribulationi quippe cordis nostri remedium miserationis diuine occurrit: et contra dissidentie malum firmissime spei exhibet consolationem: promissionum diuinarum: certa nobis proponens exempla: quibus peccatarum salutem se male asserit et perditionem. Quoviam quocq; correctionem ad animum reducens: quos si a statu rectitudinis error subruit: conditoris tamen gratia in melius reformatum. Ecce granum delictorum mole obrutus: et de meritorum qualitate diffusus: aspicio zacheum: intueor mariam: considero petrum: perpendo latronem: in quib; miserationis diuine splendor apparet: atq; per eos spem venie peccataribus dedit. Heue inestimabilis miserationis dei diuinitate: humano quidem generi a se culis abscondite: nonnullis vero temporibus per mediatorum declarare. Que pro sui immensitate a deo incomprehensibilis sunt: ut in explanatione eorum manus torpeant.

Petōz. exem  
plaria ad se-  
quendum.

Mia dei est,  
Ineffabilis

# In. vii. psal. pñiales. fo. lxi.

fatigant ingenia: eloquentie conticescant. Superant enim  
sensum: sermone intranscendent: intellectum excedunt.  
Quis enī dignus narrare sufficiat quātū misericordie fuit  
vngenitum dei filium de sinu patris ad publicum nostrum  
descendere: carnem mortalem assumere: irrisiones pro no-  
bis: vincula: flagella: crucem mortemq; tolerare. Quis co-  
gitare valeat quante fuerit gratia ouem perditam quere-  
re: quiescam inuenire: inuentam in humeris portare. Quis  
exponere queat quante fuerit miserationis sacratissima pre-  
ciosi sanguinis effusione genus humanum redimere: et sa-  
cro sanctum vniuersi corporis et sanguinis sui mysteriu[m] me-  
bris suis tribuere: culis perceptione corpus suum quod est  
ecclesia pascitur: et poratur: abluitur: et sanctificatur. Ideo  
et plenitudo temporis tēpus gracie nominatur: in quo iur-  
ta pauli vocem. Apparuit gratia saluatoris nostri dei om-  
nibus hominibus erudiens nos: ut abnegantes impietates  
et secularia desideria: sobrie et iuste et pie vivamus in hoc se-  
culo. Et iterum: Apparuit benignitas et humanitas salua-  
toris nostri non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed se-  
cundum suam misericordiam salvos nos fecit. Hinc per za-  
chariam prophetam dicitur. In die illa erit fons patens do-  
mus dauid inhabitantibus hierusalem in ablutione pecca-  
torum et menstruate. Quis est iste fons nisi vngenitus dei  
filius: de quo per prophetam de eo dicit. Apud te est fons  
uite. Qui nimirum tunc patens extitit: quando in mundovi-  
sibilius apparen[s] p[ro] liberatione nostra carnem suscepit. Qui  
etiam dominus dauid dictus est: quia ex semine dauid secun-  
dum carnem natus est. hierusalem vero visio pacis inter-  
pretatur: hi ergo hierusalem inhabitant: qui a[re] amore in  
celestium mentem levant. Peccator vero et menstruata est  
vel is qui delinquit in opera: vel mens que labitur in prava  
cognitione. Menstruata namq[ue] mulier ita in seipso polluitur:  
ut aliena carne minime tangatur. Quasi ergo men-  
struata illa est anima: que et si prauis operis in effectum no[n]  
ducit: in immundaz tñ cogitationis dilectione versat. Quia  
igitur iam patet nobis fons iste redemptor noster: toto hunc  
pectore hauriamus: ut extinguere sicut carnalium deside-  
rii valeamus. Lauennus in eo maculosa criminum notas

Titum. q. e.

Titum. iii.  
zacha. xiiij.  
filius dei di-  
citur fons pa-  
tens. ps. xxv

# Explanatio diui Egregorij.

dulnamus carnalium cogitationum. Et qui fontem misericordie si clausus esset querere debutimus saltē apertū: et paſtentē nō negligamus. Sperandum namq; nobis est: quia ibi penitentie nostre locus nō deerit: vbi innumerabilem hunc cōpūctio locū inuenit. Ad hoc ei patrū lauet: ad hoc fluit ut letificet: ad hoc redundat ut purget. Nam subdit.

## Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius

Restat igitur ut israel efficiamur: et omnem transcedentes creaturam: in eum qui omnia creauit mentis aciem dirigamus. Disponamus ascensiones in corde nostro et per eas ad conditorem angelorum puro et simplici intellectu ascendamus. Quid enim tam suave et tam iocundum: q̄ mentis oculis et cordis desiderio contemplari deum: atq; ei<sup>9</sup> suauissimam degustare dulcedinem: dulcissimamq; sentire suavitatem? Adeat nobis gloria redemptoris nostri: que nos a terrenis ad celestia erigat: oculos cordis nostri ad videndum solem iusticie aperiat: ac per hoc ex omnibus nostris iniquitatibus nostris redimat. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum.

Amen.

## Prologus septimi psalmi penitentialis.

**D**e psalmi centesimi quadragesimi secundi titulo iurata quod pietas diuina contulerit: locuturus prius vobis modos aperire prophete: quatenus dum ei<sup>9</sup> diversitas ostenditur: eius intelligenzia facilius acquiratur. Scindū namq; est: quia propheta tribus modis sit: vide licet verbis/ factis/ somnijs. Quicunq; enim propheta futura innotuit: aut verbis: aut factis: eur somnijs. prophetauit. Verbis nāq; futura predixit Eſaias cū ait. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Somnus vero nobuchodosor futura preuidit q̄ spiritu sancto daniel replet⁹ enodauit. factis abrahām futura nūc auit.

prophetia  
tripliciter fit.  
Eſa.vii

# In. viij. psal. psiales. Fo. Ixij

quando vnicum filium suum ad sacrificia obtulit. Quem nimirum quē in hoc opere designat: nisi eum qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illus. Ipsa enim antiquorum patrum gesta nobis prophetie sunt qui dum aliud agunt et aliud immuunt: occulta nobis quasi per operis ling uam producunt. Quod hoc in loco euidenter ostenditur cum absalon facta ad memoriam reducuntur.

Absalon namq; patrem persequens ad hoc usq; iuore feralis prorupit iuuidie: ut in seipso destrueret ira nature.

Quem enim naturaliter amare debuerat ut patrem: eum inhumane persequebatur ut hostem Absalon autem pars patris interpretatur: nō vt ei pax vlla cū patre fuerit: s; q; quante pacis et patientie extitit in eius peruersitate pater ostendit. Quis autem per absalon nisi iudaicus populus quis vero per dauid nisi redemptor: noster signatur: hinc namq; per prophetam veritas ait. *S*filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inueterati sunt. Deniq; ipse est filius senzor: qui adolescentioris inuentioni inuidens et saluti: domum rennuit intrare ecclesie. Qui profecto canticum non cantat leticie nec concinentium admisetur choris et annulo casrens fidei nec scola immortalitatis induatur: nec vituli suuati alimento satiatur. Qui etiam hedum querit: quis agnum qui tollit peccata mundi non sequitur: et ideo inter hedos in iudicio statuitur: nec ad cenam nuptiarum eius vocabitur: patrem ergo Absalon persecutus est: quia iudaicus populus dum monita salutis respuit: in propria venientia dei filium recipere recusavit. In tātum vesanie sue extendere conatus est rabiem: ut suum occidere presumeret creatorem. In quo nimirum facto patientia christi declarata est: qui non solum eis malum pro malo reddidit verū etiam ad mortalem ductus vero eis orauit dices. Pater ignoscet illius: quia nesciunt quid faciunt: Unde et Apostolus ad monet dicens. Christus pro nobis passus est re linquens nos exemplum: ut sequamur vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur: nō comminabatur. Orat autem caput in hoc psalmo pro membris christi vero ecclœsta: virtus pro in infirmitate. Orat quippe ut non seuere iudicetur sed misericorditer exaudiatur. Perse

Roma . viij. f.  
ij. Regū. xxiiij

Absalon inter pretatur pax patris: et populum iudaicuz significat ps. xvij.

Luce. xxiiij. c.  
i. Pe. ii.

# Explanatio diui Gregorii

quitur etia hoc tempore scismaticus corp<sup>9</sup> christi: impugnat  
hereticus ecclesia: unitatem infidelis perturbat. Sed clas-  
mat ad deum ecclesia: capiti suo christo in unitate spiritus  
coniuncta. Que et si omni tempore ad deum clamat precipue  
en in tribulatione se ad orandum excitat: unde et dicit. In  
die tribulationis mee clamaui ad te<sup>z</sup> videam<sup>9</sup> quod dicat

## Explanatio septimi psal- mi penitentialis.

**D**omine exaudi oratio  
nē meā auribus pcipe  
obsecrationē meā: in verita-  
te tua exaudi me i tua iusticia

**C**sacta yniuersalis ecclesia secundum digniorem partē  
sui in spe celestium premiorum roboeata: sicut in electis ha-  
bet quod cōseruari desideret ita in iñfirmis uiuenit quod  
sibi dummitti exoret scīs omnes diuino egere auxilio: quos  
infelicitate conditio angustat: cum et iñstus inter pericu-  
la securus esse non valeat: et peccantem non nisi sola gra-  
tia diuine miserationis absoluat. Utrobiquē ergo pauidis  
utrobiquē suspecta: et pro currentibus orat ut perueniant et  
pro regressis obsecrat ut currant. Inter orationes autem  
et obsecrationē hoc inter est: quod oþo pro pseuerantia virtutū  
obsecratio vero fit pro iudgentia peccatorum. Orat ergo  
caput vel ecclesia: ut et bene operantes in iusticia robo-  
rentur isti eo vero quod sit. (auribus pcipe obsecrationem  
meā) delinquentis designat debilitatem: qui ad similitudinē  
nem egrotantim quadam omnipotentis medici indigent  
cōdescensionē: cum se non valeat ad eū peccator leuare. Ut  
aurib<sup>9</sup> pcipe idest obsecrationib<sup>9</sup> intende. hoc nāqz per prophetā pollicet dicens. Cōuertimini ad me. et ego reueutar  
ad vos. Vñ et subditur (In veritate tua) In hoc ei vera ap-

Oþo et obse-  
cratio differē-  
giam habent.

Esaie. xliv.

# In. vii. psal. psiales. F. Ixij.

paret promissio: qz cōuerso tribuitur remissio petōli: ita-  
ta quod scriptum est. Justificeris in sermonibus tuis i vñ ps.l.  
cas cū iudicaris (Exaudi me in tua iusticia). Qui gloriatur  
in se nō exaudit. Non exaudire illi q ignorates dei iusti-  
ciā suā volētes statuere: iusticie dei nō sūt subjecti. Deniq  
phariseus iusticiā suā in templo statuere voluit: i ideo a dño  
reprobatus fuit. Gloriemur ergo in iusticia dei si exaudiā  
querimus: vt nos cum propheta dicere possimus. Exaudi  
me in tua iusticia. Quis aut̄ gloriāt in iustitia dei nisi q n̄  
hīl boni suis meritis tribuit: iusti esse qcqd aduersi tole-  
rat sentit. Gloriabatur paulus in iuris iuritatis suis nihil  
boni non accepti se habere testabatur humilitatis nobis i. Cor. i. v.  
exempla propones vt qui gloriāt in dño gloriatur.

## Et nō intres in iudiciū cū ser- uo tuo: qz nō iustificabit in cō- spectu tuo oīs viuens.

Qui cōtra conditoris flagella murmurat: quasi cum eo  
in iudiciū intrat. Dei namq accusat iudicium qui se esti-  
mat in iuste percussum. Et quasi cum deo in iudicio conten-  
dit: qui inter flagella innocentem se ostendit. hinc etenim  
dominus ad beatum Job loquitur dicens. Nunquid qui  
contendit cum deo tam facile conquiescit? Utq qui arguit  
deum: contendit cum deo: debet respondere illi. Tunc bea-  
tus. Job quasi deum arguit: cum de percussione sua an fue-  
rit iusta dubitauit. Nullius quippe delicti sibi conscius: in  
iuste se percussum credidit: quia merita sibi augeri ex per-  
cussione nesciuit. Sed qui multa de operatione sua locut⁹:  
audita setōz vita tacuit: qz cū deo cōtēdens facile cōquie-  
uit. Uel certe ille eūz deo in iudicio ingredit⁹: q cū orauerit  
murmurat si non exauditur. Quibus dī. An yultis meū  
in iudicio cōtēdere. Quasi ei iudicio cōtēdebāt: q dicebāt.  
Quare ieiunauimus: i non aspexisti: humiliavimus alias  
nostras et nescisti: Si quidem stultus est ab orōne deficere  
si deus differat cum rogatur exaudire. Et iniquam argue

Murmurato  
res dicuntur  
itrare in iudi-  
cium cū deo.  
Job. xxxix.

Hiere. q. s.  
Esaie. lviij.

# Explanatio dñi Gregorij

re conditorem: si effectus non sequitur orationem: presertim cum quid oremus sicut oportet nesciamus. Nonnulli quippe impudentibus dominus quod petebant sepe concessit iratus: sic econtra apostolo negauit propicius dedit enim regem peccantibus secundum desideria cordis eorum: dedit etiam postulati dyabolo: ut iob simplicem et rectam et timentem deum tentaret. Malignos spiss exaudiuit: et per eorum gregem demonum concessit legiōnēm intrare. Non igitur pro magno quis habeat si fuerit exauditus: cuz aliquid petat quod non impetrare plus proposit. Quod si postulata non obtinet non se abiciat: aut de divina erga se miseratione desperet: cum forte ea peteret quibus acceptis vel affligat atrociter: vel iniutilius prosperetur. Scriptum quippe est. Tuerio parvulorum interficiet eos: et prosperitas stultorum perdet eos. (Quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens). Scio multos in conspectu hominum iustos videri: et a deo spem celestium promissorum eugetos innocenter in mundo vivere: qui et si non delinquent in opere labuntur tamen allquando vanus aut peruersa cogitatione. Cuius enim mentē cogitationes vanae non laniant cuius cor tentationes non vexant: cuius animum desideria carnis non turbant. Non ergo in conspectu dei iustificatur qui corde delinquit quod intuetur deus.

## ¶ psecutus est inimic⁹ anim⁹ meā. humiliavit ī fr̄bitā meā

**C**quis sit generis humani inimic⁹: ostendit qui parabolam raniorum exponens ait. Inimicus vester dyabolus generis humani est. Et apostolus petrus ait. Inimicus videtur dyabolus mani inimic⁹ tanq; leo rugiens circuit querens quem deuoret. Ipse enim Matth. xiiij. dicit qui animas persequitur: qui mortem inferre perpetuā molitur. Ipse est inquam qui incertos decipit: et in via huīis vite gradientibus laqueos tendit. Ideo propheta ait. In via hac qua ambulabam absconditū laqueos mī. Psal. cxixij. hi. Rursus de eo scriptum est. Abscondita est in terra pēdica eius. et decipula illius super semitas. Dum enim humane saluti inuidens perdere innocentem appetit: prius ei

# In. viij. psal. pñiales. f. lxxij

aliquid quod libeat ostendit. Quod dum appetere incanus  
nihil occulto peccati microne transuerberatur. Qua-  
si ergo in terra pedica absconditur dum in terrenis com-  
modis peccatum occultatur. Decipula quoq ab antiquo  
hoste super semitam ponitur: cum in actione huius mun-  
di quam mens appetit: peccati: laqueus paratur. Ita nam  
q in terra decipula ponitur: vt exposita esca ipsa nō videa-  
tur. Sic numerum sic antiquum hostis dum subiure aliquē  
cupit quasi escam in muscipula: lucrum in culpa ponit.

Ad quod dum auiditatis amore riator inhiat: ex improvi-  
so eum peccati laqueus suffocat. Quis huius hostis ver-  
itas non metuat: qui tanto est perniciosior quanto occultior.  
Non enim que extra nos sunt auferre ntitur: sed diripere  
thesauros interiores conatur. Nulla sibi temporalium ho-  
norum cupiditas: nulla diuiniarum ambitio: nulli dignita-  
tis desiderium: sola interiora appetit: solas virtutes diripit:  
solā aliam occidit. Quod si aliquādo etiā exteriora tetige-  
rit: nō ea auferet ut habeat: sed ut ea auferendo aliam euer-  
tat. Nouimus quō multos quotidie fraudibus suis occupet  
quō vestimentis gracie exploiet: deceptos virtutum priuet  
ornati: diuicijs opum defraudet: linoribus infuscet tenta-  
tionum: vulneribus peccatorum transfigat. Hec est namq  
peruersitatis eius intentio: ut omnib noceat: omnes deū-  
ciat. Deniq quos in vijs dei ambulantes viderit: et in pro-  
posito iusticie cognoverit fortiores: eos graui psequitur:  
a statu rectitudinis subiure conat. Ideoq ait. (Persecut⁹  
est inimicus animā meam. humiliauit in terra vitā meā)  
Statuis persecutio Qui ceperā amore celestium terrena re-  
liquere: et contemptis diuinitiis secularibus in celis conuer-  
ri: iam impulsione dyabolica cogor summa & eterna despiz-  
cere: et de mīdi huius prouidentia incerta cogitare. Ter-  
renarii rerū curis aggrauor: carnaliū voluptati captus il-  
lecebros: ad ima deducor. Deprimit enī terrena inhabita-  
tio sensum multa cogitatē (Humiliauit in terra vitā meā).  
Qui contemptis celestibus ad ima solūmodo appetēda de-  
ducitur: ei⁹ vita in terra humiliatur. Unde sit ut eo morti-  
fiat proximus quo a deo factus est per dissimilitudinē lon-  
ginquus. Hinc nāq apostolus ait. Qui volunt dñites fieri

Dyabolus so-  
la interiora ap-  
petit.

3. i.

Duicē velle: incidūt in tētationē: et in laqueū dyaboli: et desideria mīta  
heri pīculosū ē inutilia: q̄ mergūt hōles in interītū. Unde: et apte subditur.

# Explanatio dñi Gregorii

## Collocauit me in obscuris si- cūt mortuos seculi et anxiat⁹ est sup me spūs meus: in me turbatum est cor meum.

**C**Quid infelicius viuebā olim deo: mortuus seculo: nunc  
e contrario mortuus deo mundo viuo. Quid est enim pec-  
catum nisi mors? Hinc etenim scriptum est. Non est in mor-  
te qui memor sit tul. Et iterum. Intravit mors per fene-  
stras nostras. Mors namq; est que animam a deo separat:  
sensum internorum intercludit officia: diuinam deturpat  
unaginem lucis adsimilat claritatem. Deniq; qui in xp̄o mo-  
ritur: in sepulchro conscientie tumulaat concupiscentiarū in-  
stis: a conspectu dei prosciatur: duricie operitur: lapide  
iniquitatis intus clauditur. De talibus scriptum est. Pro-  
dūt quasi ex adipe iniquitas eoru. Hos tamē aliquando re-  
suscitat iesus: et sublato in penitūdinis lapide a tenebris ad  
lucem reuocat. Et cum pro eis ecclia intercesserit p̄ munis-  
terium eos sacerdotum absolvit. Venit ipse ad monumen-  
tum. ad lachrymas ecclesie cōmouet: iubet vt ad iusticiam  
resurgat qui pridem in iniquitate lacuerat. Tantum mo-  
do opus est vt per confessionem foras veniat: sentiat' cor-  
dis dolorem: timeat iudicium dei: ab iruquitate recedat.  
habet etiam in hoc prophete documentum. Nam subditur  
(Anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est  
cor meum) Pēnitentis viri spiritus antistatur cum superna  
desiderans: carnis corruptione deprimitur. Cum enī terre-  
ne lapidis pōdere pregrauatus: sustoli ad altiora nititur:  
ipso suo conamine fatigatus lassatur. Sed eo enīius supe-  
riora desiderat: quo verius sarcinam agnoscit quam por-  
tat. Turbatur vero cor peccatoris in recordatiōe peccati:  
cūq; prius receperit seipsum cognoscere: et q̄b longe a deo:

# In. bīj. psal. pñiales fo. lxv.

recesserit cogitare. Nec vacat quod addidit: in me. Quasi  
enī extra se fuerat: qui spretis salubribus et eternis: de no-  
xīs et temporalibus cogitabat: qui egritudinis sue molesti-  
as nō sentiebat qui se videre cum secus esset putabat. Sed  
eo in se redat: qui seipsum qualis fuerat recognovit. Scri-  
ptum namq; est. Redite prevaricatores ad cor. Sz de filio  
Prodigo narravit dominus: quia cum distractis et profus-  
sis paternis bonis: vite celestis alimento egeret in se reuer-  
sus sit. Non enim in se reuerteretur: nisi a se prius exisset.  
Ideoq; et pater eius ait. Hic filius meus mortuus fuerat et  
reuirxit: perierat et inuenitus est. Si ergo a patre a quo per  
inobedientiam discresseras inueniri desideras: et deliciose  
in domo illi<sup>9</sup> epulari: ad te ipsum statim reuertere: et discus-  
sis actibus tuis unde excideris recordare: vt eo magis mo-  
uearis ad penitentiam: quo incipies cognoscere quod ami-  
seris: et perdere quod inuenieris. Sequitur.

Esa. xlvi.

Deccator si a  
deo recipi de-  
sideret ad se  
ipsum ut fili<sup>9</sup>  
prodigus re-  
uerti debet.

# Memoi fui dierum antiquo- rum ineditatus suis in oībus operibus tuis: et in factis ma- nuum tuarum meditabar.

C<sup>T</sup> Felices antiqui dies: nihil tenebrarum nihil caliginis  
preferentes. Quas diuinitatis illustrabat presentia secu-  
ritatis purgabat serenitas leticie immensitas decorabat  
Dies gaudiorum et luminis dies virtutum et pacis dies  
deliciarum et suavitatis. Quos nō perturbabat moros nō in-  
festabat angustia nō obumbrabat infirmitas. hos dies in  
paradiso habuit aia anteōs a statu rectitudinis p culpam ca-  
deret purificationis: sed eosdem tunc infelicer p didit: cu<sup>z</sup>  
precepta conditoris seruare contempsit. Potest quoq; in-  
telligi per antiquos dies primorum parentum transgres-  
sio: per quam oculos eorum aptos testatur scriptura. Uel qd denotant.  
etiam illecebr̄ osa istius mundi prosperitas: fraudulē ta qua  
